

nora, quæ laminæ ferreæ, supra vaporem ab aqua æri liquefacto, cum è fornace effluit, insperfa elevatum, suspensæ accrescunt. In fornacibus, ubi Æs ipsum funditur in Tridentino agro, sæpius collegit *Matthiolus* in hunc modum: Cum Æs in fornaci liquatum, in paratum receptaculum extra fornacem diffunderetur, antequam omnino coiret in massam, frigidam super ipsum adhuc ignitum infundebat, statimque vapor magnus excitabatur, sub quo mox ferream laminam, & eam quidem amplam, subiciebat, tamdiuque tenebat, donec cessabat vapor. *Vires*. Astringit, & excrementia coarctet; offusam oculis caliginem emendat, sed magnopere mordet, *Diosc.* Tenuiorum partium facultatis est, quam aut æs ustum aut squama, *Galen.* Nusquam in officinis nostris reperitur, quapropter ejus vice æruginè perpetuo utuntur.

Recrementa Metallica Ære conficiendo sunt,
1. Diphryges, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 14. *Worm. Mus.* 133. *Charlt. Foss.* 55. *Schrod.* iii. 359. *Schw.* 376. *Matth. Ed.* 1366. Diphryges, *Calc. Mus.* 461. *Scurf.* Genus est recrementi metallici, quod subidet, dum Æs in fornace fustum aqua frigidâ perfunditur; nobis ignotum est, & in Officinis rarissimè invenitur. *Vires*. Mistam habet facultatem; continet enim in se quiddam & mediocriter astringens, & mediocriter acre; quamobrem ulcerum rebellium optimum Medicamentum est, *Schrod.* 2. Tutia, *Offic. Dougl. Ind. xcii.* Lapis Tutia, *Woodw. Att. T. ii.* P. I. p. 50. Cadmia Fornacia, *Geoff. Prælecl.* 182. *Schw.* 370. *Worm. Mus.* 134. *Charlt. Foss.* 55. *Agricola.* Cadmia Botrytis, *Aldrov. Mus. Metall.* 16. Cadmia Capnitis, *Kentm.* 43. Cadmia Factitia, *Schrod.* iii. 458. *Tutty.* Substantia est metallica crustacea, corticis instar, intus lævis ex flavo-cinerea, extus numerosis sub-cœruleis tuberculis asperata; sed quid sit Tutia inter se non consentiunt Autores: *Garzias* enim ex cujusdam arboris cinere exustæ dicit; sed *Bontius* ex terra argillæ instar glutinosæ præparari scribit. Secundum *Douglas.* fit ex terra quadam argillæ instar glutinosa, in India Orientali in fornacibus exsiccata. Alii, quibus & nos consentimus, corpus quoddam ex fuligine æris, dum in fornace conficitur, concretum esse volunt; adhærens ferreis hastis, similis est corticibus arborum, intus lenis, exterius granulosa, instar racemi admodum minutis granulis cinerei coloris aliquantum ad cœruleum vergentis, gravis & sonora. Triplicis id fit generis; Bo-

trytis, Ostracitis, & Placitis, nominibus à re quam repræsentare videtur desumptis. *Vires*. Leniter deficcant, abstergit, ulceribus humidis confert, eademque ad cicatricem ducit, *Schrod.* Venenum habet perniciosissimum, eapropter intra corpus haud fumenda. Mures necat; oculorum medicamentis utilis; additur emplastris & collyriis, *Schw.* 3. Pompholyx, Nil album, *Offic.* Nil album, sive Pompholyx, *Woodw. Att. Tom. ii.* P. I. p. 50. Pompholyx, *Worm. Mus.* 135. *Kentm.* 72. *Charlt. Foss.* 55. *Calc. Mus.* 461. *Aldrov. Mus. Metall.* 16. *Matth. Ed. G.* 1339. Pulvis est metallicus, albus, sublimatus ex ære, in fornace coctus, seu favilla est tenuissima & volatilis, quæ, dum Æs in fornacibus perficitur, supernæ earum parti adhærescit. *Vires*. Convenit cum Tutia viribus. Singulare est in oculorum vitiis. 4. Spodium Græcorum, Nihil gryseum, *Offic.* Spodium, *Matth. Ed.* 1339. *Aldrov. Mus. Metall.* 16. Spodium factitium, quidam Cinerulem vocant, *Worm. Mus.* 135. Spodos, *Kentm.* 72. Spodios factitia, quibusdam Cinerula, *Charlt. Foss.* 55. *Putty.* Pulvis, vel favilla est eadem ob gravitatem in pavimentum descendens, colore exalbido. *Vires*. Viribus cum Pompholyge convenit, sed in Officinis rari usus est.

Cupri Mineras, seu Venas diversas (*Copper Dyes*) vide apud *Kentmannum*, à p. 65. ad p. 72. *Wormium* in *Mus.* p. 120, 123. reliquaque *Musea*, &c.

SECTIO SEXTA.

De Lapidibus in genere.

L Apides sunt corpora terrea, dura, indurabilia, vil lapidesca, ex materia fluida lapidescente coagulata.

Lapides

Minus pretiosi, habentque figuram
 Nullam; suntque vel
 Opaci,
 Duri, & solidi, ad Mechanicam utiles,
 colore
 Albo: *Alabastrum*.
 Viridi: *Ophitis*.
 Coeruleo: *Lapis Lazuli*, & *Armenus*.
 Molles, & facile friabiles,
 Porosi, leves.
 Spongiæ fimilis: *Pumex*.
 In Spongia repertus: *Lapis Spon-*
giæ.
 Solidi, & ponderosi; ad æs conficien-
 dum utiles: *Lapis Calaminaris*.
 Diaphani,
 Plumosi: *Amiantus*.
 Striati, lucidi: *Talcum*.
 Squamosi: *Lapis Specularis*.
 Certam.
 Mathematicam,
 Rhomboidem: *Selenites*.
 Sexangulam: *Crystallus*.
 Rotundam; estque alius alio imprægna-
 natus: *Aëtites*.
 Oblongam, superficie
 Aspera: *Lapis Judaicus*.
 Plana: *Belemnites*, *Lapis Lyncis*.
 Aliquam rem animatam repræsentans.
Osteocolla.
 Pretiosi;
 Diaphani(quæ Gemmæ dicuntur)suntq; vel
 Integri,
 Duri, colore aliquo imbuti,
 Rubro, è
 Croco & Lacca Indica mixto:
Rubinus.
 Rufo-nigricantes: *Granatus*.
 Flavo-rubicundi: *Hyacinthus*.
 Aureo: *Topasius*.
 Viridi: *Smaragdus*.
 Coeruleo
 Cum viridi mixto, quæ aquæ ma-
 rinæ colorem refert: *Beryllus*.
 Sine mixtura: *Sapphirus*.
 Purpureo: *Amethystus*.
 Molles, parvi, colore
 Albi: *Asteria Gemma*.
 Versicolores: *Opalus*.
 Non integri, secundum
 Partes: *Sardus*.
 Totum: *Onyx*.
 Opaci, pulchri, magni,

Molliores, versicolores: *Iaspis*.
 Duri, colore viridi sanguineis punctis vel venis
 distincto. *Heliotropium*.

In Herbis, Verbis, & Lapidibus magna est vir-
 tus. Canon est notissimus Physicorum; de viribus
 Herbarum & Verborum agere non est hujus loci:
 quod attinet ad Lapidem, hoc loco subjungemus dun-
 taxat Pauli Ammanni verba: "Si per virtutem
 intelligas molem, inquit, magna proculdubio
 inerit virtus; exemplo tibi sit motus lapidum
 projectorum. Contra, si medicam facultatem
 consideres, multa in illorum historia erunt fal-
 sa, dubia, & superstitiosa." Hinc etiam suc-
 cinctam illorum historiam trademus, qui plenior
 desiderat, adeat *Kentmannum de Fossil.* à p. 32. ad
 p. 57. *Boeticum de Boot.* & *Johan. de Laet. E-*
dit. An. 1647. Item doctissimum *Wormium in*
Mus. à p. 36. ad p. 112. & *Cæsalpinum de Me-*
tall. à p. 74. ad p. 164.

I. De Lapidibus minus pretiosis.

I. De Arena.

A. **A**rena maris, *Offic.* Arena marina, *Kentm.* 57.
 Arena litoralis, *Mer. Pin.* 211. *Matth.*
 1390. *Straßband.* Vires. Arena è litoribus Sole
 fervefacta, Hydopicorum tumores exfugit, si capite
 tenus in ea obruantur. Torreri solet ad aridos fo-
 tus, pro milio, aut sale, *Diosc.* Apud Mechanic-
 os in usu ad vitrificandum & poliendum. Vide
Nerium de Arte Vitruvia.

II. De Lapide Arenoso.

A. **L**apis arenosus, *Offic.* *Aldrov. Mus. Metall.*
 724. Saxum arenarium, *Worm.* 37.
Boet. 512. *Mort. North.* 98. *Charlt. Foss.* 16.
Ammites, vel *Hammities*, *Mer. Pin.* 211. *Sand-*
stone or Free-stone. Lapis est asper, & veluti
 ex arenis compositus. Variis in locis invenitur.

III. De Spongiæ Lapide.

A. **S**pongiæ Lapis, *Offic.* Lapis Spongiæ, *Boet.*
 407. *De Laet.* 135. *Schrod.* 357. *Worm.* 54.
Charlt. Foss. 23. Lapidem in Spongiis, *Matth.* 1390.
Spongites, *Aldrov. Mus. Metall.* 671. *Sponge-*
stone. Lapis est prorsus friabilis, in Spongiis con-
 cretus,

cretus, colore candido vel gryseo. *Vires*. Extenuat, absque insigni caliditate, ad calculos renum, vesicaeque frangendos utilis; valet etiam ad strumas discutendas, *Schrod.* Vide plura apud *Wermium*, l. c.

IV. De Pumice.

A. **PUMEX**, *Offic. Schrod.* 355. *Matth.* 1371. *Kentm.* 37. *Boet.* 400. *Gesn. de Lap.* 31. *De Laet.* 130. *Worm.* 47. *Charlt. Foss.* 21. *Scyrus Lapis*, *Aldrov. Mus. Metall.* 696. *Lapis Pumex dictus*, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 53. **Pumice-stone**. Lapis est erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cavernulis seu foraminibus plenus. Invenitur in *Germania*, unde ad nos adfertur. *Vires*. Refrigerat, ficit, extenuat; ulcera leviter purgat; cicatrices explet, & emendat, *Schrod.* In *Vesuvio*, *Aetna*, aliisque montibus aestuantibus copiose reperitur cum Sulphure. Vide usus in *Mus. Wormii*, p. 47.

V. De Osteocolla.

A. **Osteocolla**, *Offic. Schrod.* 355. *Dougl. Ind.* 66. *Worm.* 53. *Charlt. Foss.* 22. **Osteocollus**, *Aldrov. Mus. Metall.* 626. *Schw.* 387. **Osteocollus crustaceus**, *Gesn. de Rar. Foss.* 30. **Ossifragus lapis**, *Boet.* 416. **The Bone-binder**. Est substantia mediae consistentiae inter terram & lapidem, alba, friabilis, crustacea, sabulosa, Ossifragae figuram aemulans, excrescens in arena, aliisque locis lapidosus. *Vires*. Celebratur ad ossa cito glutinanda; quippe Materiam Callo idoneo citissime suppeditat, adeoque glutinationem maturat. *Schrod.* *Vires*. Fluorem album sistit; Febres intermittentes arcet. Bene tamen monet *Hildanus*, *Gent.* iii. *Obs.* xc. quod in juvenibus laudabili corporis habitu praeditis, caute sit adhibenda; callum enim non sine deformitate solet; ideo saltem in senioribus extenuatis, quibus languet calor natus, adhibendum hunc lapidem esse censet. In Officinis quibusdam, scribit *Wormius*, pro Osteocolla, Stalactitis quandam speciem vendunt, albam, porosam, levem, mollem, facile in liquorem solubilem, sapore subsalfo. Vide plura apud *Worm.* in *Mus.* p. 53. De Osteocolla Tractatum conscripsit *Thomas Erasmus*.

VI. De Adarce.

A. **Adarces**, *Offic. Boet.* 402. *Matth.* 1377. *Aldrov. Mus. Metall.* 213. **Adarce**, *J. B.* 3,

804. *Chab.* 575. Est tanquam concreta salisago, humidis & palustribus locis siccitate emergens, & arundinibus ac herbis agglutinata, colore flori Lapidis Aethi similis, & omni forma Alcyonia, & aliquantum cavo proxima, ut videri posset lacustre Alcyonium. *Vires*. Ad evellendas lepras, lentiginis, lichenas, & vitia cutis in facie similia, accommodatur; & in summa vis ei acris: Humorem evocat, qui in alto concrevit; & Ischiadicis prodest, *Diosc.*

Utrum Adarces *Dioscoridis* idem sit cum eo D. Plot in *Hist. Nat. Oxoniensi*, p. 126. non ausim determinare; neque an vires eadem sint, a quodam hactenus, quod sciam, exploratum fuit. Plotii Adarces nihil aliud est quam concretio particularum lapidearum, colore exalbido, quas aqua ad occursum aquae alterius, chalybeatae scilicet, praecipitat, adeoque gramina, virgultas, aliaque corpora quae praeterfluit, incrustat.

Hujusmodi incrustationem observarunt multi eruditi Autores; ut v. g. *Pancirollus* quatuor circiter ab urbe *Roma* miliaribus extra *Portam Hostiensem*, vulgo *Sancti Pauli*, & D. *Martinus Lister*, M. D. in aquaeductu *Arcueil* ad *Parisi*, qui exinde malam de ea opinionem concipiunt; posterior utique doctissimus & laudatissimus vir inde colligit quicquid in Aquaeductibus, tuborum aquas deferentium latera crusta petrosa obducit: idem in renibus & vesica, praesertim infirmiorum & teneriorum effectum verisimile esse. Vide *Iter ad Parisios*, & *Exercitat. de Calculo Humano*.

Qui plura de Adarce velit, *Boetium* consulat, p. 403.

VII. De Lapide Calaminari.

A. 1. **Lapis Calaminaris**, *Offic. Mer. Pin.* 211. *Dougl. Ind.* 50. *Schrod.* 348. **Cadmia fossilis**, alias **Lapis Calaminaris**, *Worm.* 128. *Charlt. Foss.* 51. **Cadmia fossilis**, *Aldrov. Mus. Metall.* 256. *Worm.* 128. *Matth.* 1338. **Cadmia Lapis**, *Calc. Mus.* 460. **Calaminar-stone**. Lapis est fossilis, subflavus, mediae consistentiae inter lapidem & terram, sapore terreo, & terrae sodinis extractus, e. g. ex *Collibus Mendipensibus*, &c. *Vires*. Siccat leniter, extergit, astringit; ulcera carne replet, cicatricem inducit. Adhibetur solum externè, creberrimèque usu infantum excoriationibus exsiccationis ergo inspergitur. N. B. Utuntur eo & ararii ad conficiendum aes; cuprum enim pallere facit: Unde ex hoc Lapide *Cadmia Betrytis*, *Ostracitis*, *Placitis*, *Offic.*

A. 2.

A. 2. Calaminaris Lapis Biturigum, seu Cadmia fossilis, *Cod. Med.* xxiv. **Calamine of Berry.** A quo à superiore differt, nescio.

VIII. De Lapide Hibernico.

A. **L**apis Hibernicus, *Offic. Mer. Pin.* 213. *Dougl. Ind.* 50. Lapis fissilis Hibernicus, *Charlt. Foss.* 16. Tegula Hibernica, *Full. Pharm. Ext.* 281. Ardesia Hibernica, Tegula Hibernica, *Ind. Med.* lvii. **Irish Slate.** Lapis est fossilis, ex nigro-subcœruleus sapore terreo. In fodinis Angliæ & Hiberniæ reperitur. *Vires.* In contusionibus non infrequentè usurpatur; Sanguinem enim coagulatum resolvit. Alii in Febris quartanis valere aiunt. Usus ejus summus est in omni Hæmorrhagia, in fluxu uteri, & Hæmoptoicis.

IX. De Unicornu Fossili.

A. **U**nicornu fossile, *Offic. Geoff. Prælect.* 73. *Schrod.* 359. *Ind. Med.* cxxv. *Bocc. Mus. Fiss.* 62. Cornu fossile, *Worm.* 54. *Charlt.* 23. Cornu fossile, vulgò Monocerotis Cornu, *Boet.* 425. Ceratitis, *Aldrov. Mus. Metall.* 630. *Gesn. Lap. Fig.* 154. Ebur fossile, *Clus. Exot.* 468. *Ind. Med.* xlvii. *Mont. Exot.* 5. Lapis Arabicus, *Cæsalp.* 611. Turquesia, *Ind. Med.* xlvii. Dens Elephanti petrefactus; aliis, Lithomarga, alba. **The Unicorn-stone.** Est substantia lapidea, colore, lævore, & forma, quandoque cornu referens; quandoque durius, quandoque mollius; cortice exteriori duro, flavesciente, nigro, aut subcinereo; medullâ molli, friabili compacta, linguæ firmiter adhærente, sapore astringente, & exsiccante. In fodinis reperitur. *Vires.* Cum Terra Lemnia viribus convenit; & contra morbos malignos commendatur. Æmulatur vires Unicornu; præsertim vi resistendi venenis, compescendi motus convulsivos infantum; sæpe etiam usurpatur in variolis, & morbillis, *Koning. Thesaur. Rem.* Ex eo calcinato fit Torquesia factitia.

X. De Lapide Lazuli, & Armeno.

A. 1. **L**apis Lazuli, *Offic. Schrod.* 352. *Calc. Mus.* 467. *Geoff. Prælect.* 74. *Worm.* 65. *Boet.* 273. *Charlt. Foss.* 27. Cœruleus Lapis, *Matth.* 1354. Lapis Cyanus, five Lazuli, *Aldrov. Mus. Metall.* 870. Cœruleus, *Ejusd.* 349. Cœruleus natus, *Theoph. de Lap. Ed. Lugd.*

Bat. 1647. Cyanus, seu Lapis Lazuli, *De Laet.* 90. Cœruleum nativum, *Schw.* 375. *Woodw. Att. Tom.* ii. P. I. p. 42. **Azure stone.** Lapis est opacus, sapphiri colore, aut florum Cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus, Armeno durior. In fodinis aureis & cupreis reperitur. Genera tantum duo sunt: fixus, i. e. colorem in igne non mutans, qui serè ex Oriente affertur; & non fixus, qui in Germania reperitur. *Vires.* Convenit viribus cum Lapide Armeno, sed imbecillius eas exercet. Purgandi facultate præditus est; præcipuè contra melancholicos omnes affectus valet; Quartanam, Apoplexiam, morbum comitalem, lienis vitia, aliosque complures, à melancholico succo originem ducentes, *Schrod.* Quo jure recipiatur in nobilissimam compositionem *Confectionis Alkermes*, cum doctissimo *Paulo Ammanno*, ignoro: Nam purgare dicitur melancholicum humorem, cum tamen prædicta Confectio sit cordialis, & confortiva.

A. 2. Lapis Armenus, *Offic. Calc. Mus.* 468. *Geoff. Prælect.* 76. *Schrod.* 346. *Worm.* 66. *Charlt. Foss.* 27. Lapis Armenus Officinarum, *Woodw. Att. Tom.* i. p. 195. N. 26. Lapis Armenus, *Boet.* 292. *Matth.* 1352. Armenium, *Schw.* 366. *Aldrov. Mus. Metall.* 351. Azutum, five Cœruleum fossile, *Mer. Pin.* 218. **Armentan Stone.** Per *Woodwardum*, **Copper Ore of a Sky or pale-blue Colour.** Opacus est Lapis, maculis viridibus, cœruleis & subnigris, relucens, & sicut Lapis Lazuli, punctis aureis; adeoque non differunt inter se, nisi solâ maturitate. In fodinis argenteis reperitur. *Vires.* Desiccatur mediocriter; extergit cum levicula acrimonia, & levissima astringente. Internè propinatus purgat sine noxa, solum per inferiora humorem melancholicum: Hinc conducit in Mania, Melancholia, Epilepsia, & similibus, *Schrod.* Atra bili vexatis maxime confert, iis vomitum & alvum ciens; etiam parva quantitate abstergit, & cum Ophthalmicis miscetur, *Schw.* N. B. Ex Lapide Lazuli fit color ille cyaneus, quem Ultramarinum vocant; azureum verò ex Lapide Armeno, vel cyano Germanico, faciunt. Vide *Boetium de Boot.* in *Hist. Lap.* lib. ii. cap. cxxiii. cxi. cxli. *De Laet.* cap. xxvi. pag. 90.

XI. De Thermolitho.

A. **T**hermolithus, *Offic. Lapis Schistos, Charlt.* 17. Lapis Schistus Cornubiensis diu calorem retinens, *Mer. Pin.* 214. **The Warming-stone.**

De Lapidibus Medicamentosis.

41

Stone. In Agro Cornubiensi reperitur. Hunc in Catalogo Simplicium medicinal. officinalium ad calcem Pharmacopœiæ D. *Skipton* insertum invenio; sed de usu ejus medico nihil occurrit inter Autores.

XII. De Ardesia.

A. **H**Ardesia vulgaris, five Ardesia, *Ind. Med.* lvii. Lapidescissiles, & crustosi, *Mer. Pin.* 212. **States.** Cœrulei coloris. De viribus nihil invenio.

XIII. De Amianto.

A. **A**MIANTUS, *Offic. Boet.* 382. *Gesn. de Lap.* f. 6. *Aldrov. Mus. Metall.* 657. *Amianthus, Worm.* 55. *Calc. Mus.* 286. *Schrod.* 346. *Charlt. Foss.* 23. Lapis Amiantus, *Matth.* 1387. *Laet.* 118. Amianthus, five Asbestus, *Ind. Med.* viii. **Earth-Flax.** Lapis est scissilis, & filamentosa: Ignis injuriæ resistit, atque non solum uri non potest, sed ignitus purior redditur. *Vires.* Veneficiis resistere creditur omnibus, præcipue tamen veneficarum, *Schrod.* In usu medico raro occurrit.

In Cambro-Britannia, & Scotiæ regno, reperitur. Vide Historiam in *Transact. Philosoph.* N^o 166. pag. 823.

XIV. De Talc.

A. **T**ALCUM, *Offic. Boet.* 394. *Geoff. Prælect.* 67. *Schrod.* 357. *De Laet.* 128. *Aldrov. Mus. Metall.* 685. Talcum, aliàs Stella Terræ, *Charlt. Foss.* 24. *Worm.* 57. Talcus fossilis, *Calc. Mus.* 458. Stella Terræ quibusdam. **Talck.** Lapis est ex tenuissimis laminis flexibilibus, veluti bracteis argenteis, constans; igni resistens, ac fixus. Optimum censetur, quod à *Venetiis* ad nos transportatur, & Talcum viride, *Mont. Exot.* 14. dicitur. *Vires.* Potissimus ejus usus est externus, & cosmeticus, *Schrod.*

XV. De Lapide Speculari.

A. **L**APIS SPECULARIS, *Offic. Boet.* 397. *Kentm.* 26. *Mont. Exot.* 14. *Schrod.* 356. *Worm. Mus.* 56. Lapis Specularis Neotericis, *Charlt. Foss.* 23. Glacies Mariæ, seu Lapis Specularius, *Koning. Muscovy-glass.* Lapis est fossilis, instar Crystalli, pellucidus, ac in bracteis tenuissimas

scissilis. Perperam creditur, inquit doctissimus *Paulus Ammannus*, Mariæ glacies, non secus, atque olim putabatur esse ἀργεσσελῶν, vel σελλωίτης; utrumque enim fabulosum est: Prius, quia dubium est, an Maria *Θεοτόκος* tali glacie fuerit usa: Posterius, quia nec imaginem Lunæ continet, nec ad motum ejus crescit, vel decrescit. *Ex Muscovia, Hispania,* & aliundè ad nos transportatur. *Vires.* Usus est à chirurgis in sanandis ulceribus fordidis. Prodest in partu difficili; & est arcanum contra Epilepsiam, *Koning Theaur. Remed.* Usus etiam habet in cosmeticis.

XVI. De Selenitide.

A. **S**ELENITES, *Offic. Charlt. Foss.* 23. *Kentm.* 32. *Worm.* 56. *Aldrov. Mus. Metall.* 678. *Boet.* 396. *Gesn. de Lap.* 45. Lapis Specularis argenteus, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 52. *Crystallus calcaria, Mont. Exot.* 14. **The Selenite.** Lapis est fossilis, rhomboides, pellucidus, ac in bracteis tenuissimas scissilis. Variis in locis invenitur, præsertim prope fontes purgantes: e. g. *Epsum* in *Surreia*, & alibi. *Vires.* Cum testaceis viribus convenit: Sanguinis fluxum sistit, unde **Stanch**, apud *Northamptonienses*, nomen acquirit. Inter edulcorantia ponit *Mont.* Externè in cosmeticis adhibetur. N. B. In Catalogo Simplicium Pharmacopœiæ Collegii nostri Londinensis præfixo cum Lapide Speculari confunditur.

XVII. De Crystallo.

CRYSTALLUS, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 934. *Charlt. Foss.* 35. *Worm.* 99. *Schrod.* 349. *Boet.* 217. *Matth.* 1388. *Laet.* 56. *Kentm.* 46. *Mont. Exot.* 14. *Geoff. Prælect.* 77. Lapis Crystallus, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 50. **Crystal.** Lapis est transparent, hexagonus, aquam in glaciem congelatam omnino referens; quæ eligenda est, purissima, pellucidissima, ac eximie intensa. Invenitur variis in locis: In agro *Derbiensi* effodi scribunt Autores; sed doctissimus *Christophorus Merret*, M. D. solummodo Fluores esse credit, quæ ibi effodiuntur. *Vires.* Facultatis est astrictoriæ, adeoque confert Dysenteriæ, Diarrhœæ, Cœliacæ Cholæræ, Fluxui Uterino, &c. *Schrod.* In Catalogo Simplicium omittitur. Vide plura apud *Stenonem de Solido intra Solidum.*

G

XVIII. De

XVIII. De Alabaſtro.

A. **A**labaftrum, & Alabaſtritis, *Offic. Mer. Pin.* 211. *Worm.* 42. Alabaſtrum, *Aldrov. Muſ. Metall.* 748. *Kentm.* 54. *Charlt. Foſſ.* 18. Alabaſtritis, ſeu Alabaſtrum, *Boet.* 490. Lapis Alabaſtritis, *Matth.* 1386. Alabaſtritis, *Schrod.* 345. **Alabaſter.** Lapis eſt candidus, notiſſimusque, marmoris ſpecies, ſed mollior. In agris *Stafordienſi*, *Derbienſi*, & alibi, reperitur. *Vires.* Combuſtus refinâ aut pice exceptus durities diſcutit, Stomachi dolores cum Cerato levat, Gingivas com-
primiſit, Dioſc.

A. 2. Alabaſtrum citrinum, *Mont. Exot.* 14. **Yellow Alabaſter.** Viribus cum præcedente convenit. *Mont.*

A. 3. Gypſum, *Offic. Mer. Pin.* 213. *Kentm.* 25. *Worm.* 46. *Charlt. Foſſ.* 20. *Boet.* 398. *Aldrov. Muſ. Metall.* 673. *Matth.* 1376. **Tar-ras, Plaiſter of Paris.** Quid ſit Gypſum inter Autores controvertitur; alii enim calcem alabaſtri, alii aluminis Scajolæ, alii lapidis Specularis, alii Selenitidis, eſſe contendunt: Nobis autem calx eſt ex lapidibus quibuſdam exalbidis, & opacis micis Talci ſcintillatis uſtis, ſed exigua, & brevi uſtione. Præſtantiſſimum reperitur, ſecundum D. *Chriſtophorum Merret*, M. D. in agro *Derbienſi*, quo utuntur ad domorum areas & concamerationes. Erudiſſimus vir D. *Martinus Liſter*, M. D. in *Itinere ſuo ad Lutetiam Pariſiorum*, hujus Gypſi, ſeu Alabaſtritis, ad *Montmartre* fodinas eſſe reſert; quodque ibidem igni aperto expoſita, uratur; duriffimum autem genus duarum triumve horarum ſpatio ſatis coquitur. Se etiam fodinas ejus viſiſſe ait prope *Clifford-Moor* in *Eboracenſi* Provincia, ubi **Wall-plaiſter** dicitur. *Vires.* Exſiccant, Sanguinis fluxum ſiſtit. Uſus eſt in re ſtatuaria, & pictoria; item in ædibus obducendis, ut *Parifiis*, &c.

XIX. De Lapide Calcario.

A. **L**apis Calcarius, *Offic. Schw.* 370. *Geoff. Præleſt.* 65. *Aldrov. Muſ. Metall.* 745. *Schrod.* 348. *Mer. Pin.* 213. Saxum Calcarium, *Worm.* 45. *Charlt. Foſſ.* 20. *Boet.* 522. Calcaria, *Kentm.* 55. **Limeſtone.** Totâ Angliâ reperitur; gryſei & varii coloris eſt. Hujus plurimæ differentiæ; omnium verò illa communis nota eſt, in calcem uri poſſe. Optimus ad *Barrow* in agro *Leiceſtrienſi*. *Præp.* 1. Calx viva. 2. Calx lota. 3. Lixivium. 4. Spiritus.

Sub cenſu lapidis calcarii enumerantur Creta alba, ejuſque alba Argilla; item ipſi ſilices in montibus cretaceis inventi; ipſi etiam igniti ex aqua demiffi diſſiliunt: Item Selenites, ipſumque Gypſum, ejuſque differentiæ plurimæ: Item Stalactites, aut quivis ex aqua conſectus. Vide *Cap. de Creta*.

XX. De Marmore.

A. **M**armor album, *Offic. Worm.* 42. Marmor candidum, *Aldrov. Muſ. Metall.* 749. *Kentm.* 52. Marmor, *Schrod.* 354. Marmor Parium, *Boet.* 489. *Charlt. Foſſ.* 17. **White Marble.** Ab alabaſtro vulgari tantum duritie diſtat, & ſplendore, cum politus eſt. *Vires.* Interne ſumptum calculum reſolvit, *Galen.*

XXI. De Ophite.

A. **S**erpentinus, & Ophites, *Offic. Ophites, Charlt. Foſſ.* 18. *Worm.* 43. *Schrod.* 354. *Aldrov. Muſ. Metall.* 752. Ophites veterum; Serpentina recentiorum, *Boet.* 501. Lapis Ophites, *Matth.* 1389. **The Spleen-Stone or Ophite.** Marmor eſt inſtar Porphyritis duriffimum, colore viridi ſaturato, dilutis ejuſdem coloris maculis quaſi aſperſum. *Vires.* Veterum omnes alligant contra capitis dolores, ac ſerpentium icſus, *Dioſc.* Vid. *Wormius*.

XXII. De Porphyrite.

A. **P**orphyrtes, *Offic. Worm.* 44. *Charlt. Foſſ.* 20. *Boet.* 505. **Porphyry or Red Marble.** Marmor eſt duriffimum, rubrum. Ex *Ægypti* confiniis, *Maris Rubri*, & *Æthiopie*, ad nos transportatur. *Vires.* Lithontripticon eſſe creditur, & cum Ophite viribus convenire. Integras columnas è Porphyrite videmus *Romæ*, & variis *Italiæ* locis, *T. Robinſon*, M. D.

XXIII. De Ludo Paracelfi.

A. **L**udus Paracelfi, *Offic. Charlt. Foſſ.* 17. Si-lex ille, quem *Helmont* Ludum Paracelfi vocat, *Worm.* 39. Ludus *Helmontii*, *Greſw. Muſ. R. S.* 311. **Waren Klein.** Lapis eſt Succini nitrini colore, magis tamen opacus, variæ magnitudinis, venarum inſtar lapidem obſcure cinereum tranſcurrens. In maritimis faxofis ſæpius invenitur. *Vires.* A *Paracelfo* pro Lithontriptico commendatur.

mendatur. D. Grew diureticum probum esse existimat, & ad arenulas expellendas usui esse posse. *Præparationem* ejus lege apud *Charltonum de Lithiâsi*, p. 231.

XXIV. De Lithocolla.

A. **L**ithocolla, *Offic. Matth.* 1390. *The Bone-gluer*. Est glutinum, inquit *Dioscorides*, quo lapides conjunguntur: confatur autem ex marmore, lapide Pariò, & taurino glutine. *Vires*. Postest candente Specillo admotum incommodos oculis pilos replicare, *Diosc.*

XXV. De Molari.

A. **L**apis Molaris, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 721. *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 53. Lapidès Molares, *Charlt. Foss.* 17. *Boet.* 524. *Molæ, Worm.* 41. Molares, *Mer. Pin.* 212. *The Mill-stone*. In agro *Derbensi* effodiuntur. Hanc in Catalogo *Simplicium Officinalium* ad calcem *Pharmacopœiæ D. Shipton* insertum invenio, ob quam rationem nescio, cum usus ejus in *Anglia*, quantum novi, solus est ad frumentum minuendum.

XXVI. De Cote.

A. **C**OS, *Offic. Worm.* 41. *Charlt. Foss.* 17. *Aldrov. Mus. Metall.* 718. *Cotes, Boet.* 52. *Cotes, Kentm.* 35. *Cotes, Novaculæ, Mer. Pin.* 211. *Lapis Naxius, Matth.* 1390. *The Whet-stone*. Lapis durior est, ferramenti acutis aptus: Estque vel *Olearius*, colore flavicante, *The Bone*; vel aquaticus, isque vel albicante colore, *The Grind-stone*; vel nigricante, *The Whet-stone* dictus. *Vires*. Ramatum attritum *Alopecias* pilis explere, *mammâs* prohibere ne intumescant, *lienem* extenuare cum aceto potum, & *comitialibus* prodesse, *Diosc.*

XXVII. De Lapide Variolosa.

A. **L**apis Variolatum, *Offic. Ind. Med.* lxxv. *Variolites Lucernensis* niger variolis, seu pustulis variolis simillimis, partim albescentibus, partim verò puniceis, & quasi jam ad Siccitatem tendentibus undique insignitus, *Lang. Hist. Lapid.* 40. *Variolites Lucernensis* niger, *ejusdem Icon.* 41. *The Small-Pox-stone*. Invenitur in torrente *Emniæ Lucernensis*. *Usu*. Lapis. *Vires*. Hunc

lapidem amuleti loco appensum, & gestatum, *variolarum expulsiõnem* promovere, plures credunt, *Lang.*

XXVIII. De Silice.

A. **S**ilex, *Offic. Boet.* 515. *Mer. Pin.* 213. *Worm.* 39. *Charlt. Foss.* 16. *Aldrov. Mus. Metall.* 724. *Kentm.* 44. Lapis Silex dictus niger, *Cup. Hort. Cath. Supp.* ii. 53. Silex niger, *Imp. The Flint*. Ubique reperitur. *Vires*. Silicium communium usus esse potest, ad tartaream mucilaginem incidendam, calculum resolvendum, ac proinde ad obstructions referandas. Extrinsecus frequenti usu in dentifriciis adhibentur, *Schrod.*

XXIX. De Bononiensi Lapide.

A. **L**apis Bononiensis, Phosphorus Bononiensis, Spongia Solis, Lapis Lucidus, *Mont. Exot.* 14. Lapis Bononiensis, *De Laet.* 206. *Charlt. Foss.* 20. *Worm. Mus.* 46. Lapis illuminabilis, *Aldrov. Mus. Metall.* 688. Phosphorus *Kircheri quibusdam*. Fosforo o Pietra lucida di Bologna, *Bocc. Obs. Nat.* 224. *Bononian Phosphorus, Light-carrier*. Aiunt, quod singulari proprietate polleat licem imbibendi, & retinendi; verum hanc facultatem non nisi præparatus obtinet. Modum præparandi docet *Wormius Mus.* pag. 46. *Vires*. Causticæ seu escharoticæ, & emeticæ facultatis esse scribit *Mont.*

II. De Lapidibus Medicamentosis formatis.

I. De Ætite.

A. **Æ**tites, Aquilæ lapis, *Offic. Ætites*, seu Aquilinus lapis, *Worm.* 77. *Charlt. Foss.* 31. *Ætites, Schrod.* 345. *Schw.* 361. *Kentm.* 34. *Aldrov. Mus. Metall.* 580. Lapis ætites, *Boet.* 375. *De Laet.* 114. *Matth.* 1389. *Ætite, Gesn. de Lap.* 10. p. 9. *Geoff. Prælect.* 68. *Ætites, Ochreo ferreus, Woodw. Att. Tom.* ii. P. I. pag. 9. *Eagle-stone*. Lapis est veluti prægnans alio in utero sonante, colore fusco, pullo, aut cinereo, externè scabro, & plerumque ovali: Præfertur orientalis. *Vires*. Partum promovet, si feminibus alligetur; sin brachio, eundem retinet: observare autem expedit, statim à partu esse removendum, ac uterum ad se trahat, &c. *Schrod. Ætitis effectum naturalem*

naturalem magnificiunt vulgariter, ob alicujus signaturæ vestigia, dum in partu difficili prodesse creditur: quod non negabo. Ast naturali huic effectui superstitiones statim adjunxerunt *Galenus*, *Plinius*, & alii. Quis enim probabit, 1. Aëtitem brachio adligatum abortum præcavere? Qui tamen effectus priori est contrarius. 2. Aëtitem tam vehementer trahere, ut uterus excidat? Observationes, quoad posterius, adducit *Wormius*, p. 78. & *Valeriola*. Verum, meo judicio, hæc Observationes vacillant. Notum enim est ex Anatomicis, quod uteri par ligamentorum latum sit superius, factum sit à natura, & juxta communem, margini ossis Ilei, mediante Peritonæo, alligatum, ne uteri fundus in sinum excidat. Quomodo ergo hic lapis præstabit? Profecto, nisi laxandi vis, vel rumpendi hæc ligamenta tribuatur aëtiti ab allegatis Autoribus, non poterit admitti *Valeriolæ* observatio, quam refert de Muliere quadam *Valentiana*, nisi potius Obstetricis violentiâ (veluti sæpius contingere solet) uterus simul protractus fuerit; & tamen hæc absurda Anatomicis Observationibus affatim inferuntur. 3. Probatio veneni admixti, hoc lapide facta, nulla est. 4. Fallibilis quoque character est, si pulvere ejusdem pani admixto, velimus fures deprehendere: interdum alias ob causas deglutitio potest impediri. 5. Nec amorem conciliat, vel divitias auget; quandoquidem contrarium exemplum fuggerunt ante aliquot annos *Novellæ Viennenses* de quodam, qui quadrilibrem aëtitem in currum Archiducis *Austriaci* non sine terrore projecit. 6. Si ergo dicere debeo, quod res est, Potius obtinebit aëtites terræ sigillatæ vires, in morbis malignis, & venenis adsumptis, &c. Huc *Amman*.

A. 2. Geodes, *Offic. Boet.* 380. *Kentm.* 35. *Woodw. Att. Tom. ii. P. I.* 9. *Gesh. de Lap.* 11. *Aldrov. Mus. Metall.* 590. *De Laet.* 116. Lapis Geodes, *Matth.* 1390. *Calc. Mus.* 324. *Worm.* 6. **The Bastard Eagle-stone.** Variis in locis fabulosus, & glareosis reperitur in *Anglia*. Lapis est rotundus, aut oblongus, colore rubiginis, & pugni sæpe magnitudine, terram, aut lutum, aut arenam, continens. *Vires.* Vim astringendi, & siccandi, ei tribuit *Dioscorides*: Quæ obscurant oculos, ut caligines, & id genus alia discutiendo purgare, & cum aqua illitum, inflammationes mammarum, & testium sedare, scribit ille.

A. 3. Terra Sicula; Bezoardicum Minerale, *Mont. Ind. Exot.* 14. Bezoar Minerale, *Aldrov. Mus. Metall.* 805. Lapis Bezoar Minerale Siculus, *Bocc. Obs. Ed. Ital.* 379. Lapis Bezahan Siculus albus, Orientali fragilior, *Cup. Hort. Cath.*

Supp. i. 246. Lapis Bezoar fossilis, *Geoff. Prælect.* 69. *De Laet. de Lap.* 114. Belzuar Mineralis Siciliana, *Bocc. Mus. di Fisica*, 55. **Mineral Bezoar or Sicilian Earth.** Siciliæ indigena est. *Vires.* Alexipharmaca æstimatur; edulcorat, & aperit, *Mont.* In febribus malignis commendat *Aldrov.*

II. De Lapide Judaico.

A. Lapis Judaicus, *Offic. Schrod.* 352. *Calc. Mus.* 298. *Kentm.* 28. *Boet.* 408. *De Laet.* 136. *Aldrov. Mus. Metall.* 711. *Matth.* 1386. *Gesh. de Lap.* 128. *Charlt. Foss.* 29. Judaicus Lapis, *Worm.* 69. *Schw.* 382. Spinos Echini, *Woodw. Att. Tom. ii. P. II.* pag. 19. **Jews-stone.** Lapis est Olivæ similis, subrotundus, tener, & friabilis, striis secundum longitudinem discurrentibus, & æquidistantibus, ac si arte torno factæ essent; colore est exalbido, vel subcinereo. Reperitur variis in locis. *Vires.* Medetur difficultati urinæ; calculos vesicæ, præcipueque renum, pellit. Echini marini Ovarii dicti spinulæ petrefactæ esse videntur.

III. De Lapide Chelidonio.

Lapis Chelidonium, *Offic. Aldrov. Mus. Metall.* 791. *Lang. Hist. Lapid.* 115. Chelidonium, *Worm. Mus.* 72. *Boet.* 343. Bufonites minor castaneo subsufci coloris, *Luidii Litbop. Brit.* p. 70. N° 1361. Teeth of the Lupus Piscis, *Woodw. Attempt. Tom. ii. P. II.* pag. 27. Occhio di Serpe, Melitenfis dictus. **The Swallow-stone.** In Insula Melitenfi invenitur, grani lentis, vel pisi magnitudine. Aliqui putant in ventriculis Hirundinum juvenum inveniri, ut scribit *Wormius in Museo suo*, p. 72. Sed nunquam lapides hos invenire potuit *Anselmus Boetius*, p. 344. Mihi varii sunt generis; figurâ, magnitudine, & colore, discrepantes; qui, non ex Hirundinibus, sed Terrâ Melitenfi, sunt petiti, *Lang.* loco citato, p. 116. *Vires.* Hunc Epilepsiæ puerorum convenire volunt, brachio alligatum, vel collo suspensum, *Schrod.*

IV. De Lapide Lyncis.

A. Lapis Lyncis; Belemnites, *Offic. Geoff. Prælect.* 70. Lapis Lyncis, *Schrod.* 353. *Gesh. de Lap.* 92. Belemnites, *Worm.* 70. *Charlt. Foss.* 29. *Mer. Pin.* 211. *Aldrov. Mus. Metall.* 618. *Schw.* 369. Belemnites Lapis, seu Dactylus Idæus, *Boet.* 476. *De Laet.* 150. Belemnites

tes parvus, *Kentm.* 34. **Thunder-Bolts** vulgò. Lapis est teres pyramidalis, variis coloribus insignitus. Multis in locis reperiuntur. *Vires.* Germani contra Incubum, & nocturnas oppressiones valere putant; ad vulnerumque consolidationem commendant, *Worm.* Communiter laudatur (inquit *Ammannus*) cum Lapide Judaico, & Nephritico, pro summo medicamento lithontriptico; sed, meo iudicio, sine ratione, vel experientia. Nam adhuc in questione est, an detur reverà lithontripticum medicamentum? Dico reverà; ut distinguam à Diureticis, quorum effectum videmus, Lithontripticorum vero non item. Sive enim magisteria horum, sive alios liquores contra Lithiasin adhibeamus, nullo tamen negotio intentionem nostram adsequimur. Etenim si tali virtute gauderent, etiam extra corpus posset hæc probari. Dicis; & $\oplus$. hoc ab extra, præstat: Cur autem non ad intra? Forjan, quia in tanta dosi ad intra exhiberi nequit? Vel quia, sine alteratione, ad partem adfectam non pervenit? Si sustines, medicamenta lithontriptica in corpus adsumpta, demum virtutes calculum imminuendi, ibidem accipere, falsus es, & petis principium: Sic enim perinde esset, utrum Diaphoreticum, vel Lithontripticum exhiberem. Cur enim Diaphoreticum in corpus adsumptum non posset hac ratione lithontripticam induere virtutem? *Ammannus*.

A. 2. Ceraunia, sive Fulminaris lapis, *Offic.* Ceraunias, *Boet.* 480. *Worm.* 74. *Charlt. Foss.* 30. *De Laet.* 155. *Aldrov. Mus. Metall.* 606. *Schw.* 372. *Kentm.* 30. Ceraunia, vel Ceraunias, *Gesn. de Lap.* 61. **Thunder-Stones.** Cunei pyramidalis plerumque figura, colore aut nigro, aut fusco. In Germania reperitur. *Vires.* Mulierculæ in defluxionibus in genas, mamillas, &c. affricant: In Hydrope, & Ictero, etiam proficius dicitur, *Witz. in Schrod.*

V. De Astroite.

A. **A**stroites, seu Stellaris lapis, *Offic. Cod. Med.* xvi. Astroites primus, *Boet.* 298. Astroites quartus, *Plot. Hist. Nat. Ox.* p. 88. *Tab.* ii. *Fig.* 7. *Lithog. Brit.* N° 163. *Charlt. Foss.* 28. *Worm.* 67. *Schw.* 366. *Mer. Pin.* 211. Stellaris Lapis, *De Laet.* 97. *Aldrov. Mus. Metall.* 872. Stellaris Lapis primus, *Gesn. de Lap.* 35. **Star-stone.** Lapis est porosus, moderate durus, colore albedo, ad capitis humani magnitudinem quandoque excrescens. In sodinis tam Angliæ, quam Germaniæ reperitur. *Vires.* Antiloimicus puta-

tur; & vermes necare exhibitus infantibus, ad gr. 4. *Witz. in Schrod.*

VI. De Ostracite.

A. **O**stracites, *Offic. Worm.* 79. *Aldrov. Mus. Metall.* 594. *Charlt. Foss.* 31. *Gesn. de Lap.* 85. *Boet.* 393. Lapis Ostracites, *Matth.* 1390. Ostracis Lapis, *De Laet.* 179. **Hobgob-lins-claw** vulgò. Testæ Ostrei est similis, crustosus, & scissilis, testâ superiori ablata. *Vires.* Menses sistit; mammarum inflammationibus succurrit; cutim glabram reddit, *Diosc.*

III. De Lapidibus pretiosis opacis.

I. De Achate.

A. **A**chates, *Offic. Worm.* 96. *Mer. Pin.* 209. *Boet.* 245. *Charlt. Foss.* 34. *De Laet.* 79. *Schw.* 357. *Aldrov. Mus. Metall.* 904. *Calc. Mus.* 247. *Geoff. Prælect.* 78. Lapis Iaspis Achates Antiquorum, Agatha vulgò dictus, *Cup. Hort. Catb. Supp.* ii. 44. **The Agate.** Lapis est variorum colorum: ab Onyche differt, quod hæc zonis & crustis variorum colorum; Achates verò lineis & maculis ludat; à Jaspide duritie & lævore. *Vires.* Venenis pestiferis, ut & Viperarum, & Scorpionum ictibus resistere creditur: Cor recreat; sitim febricantium ore contenta sedat.

II. De Sardio.

A. **S**ardus, Sarda; Carneolus, *Offic.* Sardus, Sarda, *Geoff. Prælect.* 78. Sardius Lapis, *Schrod.* 331. Sardius Lapis, sive Carneolus, *Aldrov. Mus. Metall.* 923. Sardius, sive Carneolus, *Boet.* 230. Sarda, *Laet.* 60. *Kentm.* 48. Carneolus, vel potius Carneolus, *Worm.* 92. *Charlt. Foss.* 35. Carniolus, *Schw.* 371. Carneolus, Sardius Lapis, Sardonyx, *Mont. Exot.* 14. Lapis Sarda aut Corniola sanguinis diluti coloris, *Cup. Hort. Catb. Supp.* ii. 50. **The Coznelian.** Gemma est semiperspiciua, loturæ carnis, seu carni sanguinolentæ similis. In Sardinia invenitur. *Vires.* Pulvis ad omnem sanguinis fluxum propinatur: Gestatus fertur animum exhilarare, timorem pellere, audaciam præstare, fascinationes prohibere.

ac corpus contra venena quævis tueri, imprimis autem sanguinem undecunque fluentem, peculiari proprietate sistere; ventriculo alligatus partum conservare, *Schrod.*

III. De Sardonyche.

A. **S**ardonyx, *Offic. Boet. 233. Kentm. 49. Charlt. Foss. 34. De Laet. 70. Worm. 97. Calc. Mus. 241. Sardonyx Indica, Geoff. Prælect. 78. The Sardonyx.* Ex Sardio, & Onyche, à natura simul composita est. Qui plura de Sardonyche velit, consulat *Jō. de Laet.*

IV. De Chalconio.

A. **C**halcedonius, *Offic. De Laet. 76. Gesn. de Lap. 79. Chalcedonius, Boet. 238. Chalcedonius, alias Carchedonius, Charlt. Foss. 34. Chalcedonius, seu Carcedonius, Worm. 98. The Chalcedony.* Gemma est quasi per nubem, vel levi aliquo colore tincta, semipreciosa, Sculpturæ propter duritiem contumax. *Vires.* Contra omnia atræ bilis symptomata commendatur.

Boetius hanc differentiam inter Onychen, Sardonychen, & Chalcedonium ponit: Quod Sardonyx sit, dum Onychi Sardius rubicundus color distinctè adjunctus est; Chalcedonius dum abest rubicundus, & niger color distinctus: Onyx, verò propriè, dum adest, niger; & abest, rubicundus.

V. De Memphite.

Lapis Memphites, *Offic. Matth. 1388. Memphites, Aldrov. Mus. Metall. 707. Sardonyx Arabica, aliis, Memphites, Geoff. Prælect. 79. Memphis Stone.* Invenitur calculorum magnitudine, pinguis, vericolor. In Ægypto juxta Memphim reperitur. *Vires.* Trita & illita, quæ urenda aut secanda sunt, sine periculo obstupefcere, ita ut non sentiant cruciatum, *Diosc.*

Hic Lapis, quis fuerit à *Dioscoridis* temporibus, in tenebris delituit. *Boetius* in Capite de Onyche, hæc habet: Dum zona alba imagine scalpitur, ac nigra zona loco strati substernitur, à nonnullis Memphitis, hodie Camehnia vocatur à Gemmariis, quasi alia gemma esset, & pag. 365. à Ludovico Dulci hæc citat: Memphites à Memphi civitate dicta est. Bibita, aut cum aceto macerata, stuporem inducit membris, ut absque dolore amputari possint.

VI. De Onyche.

A. **O**nyx, *Offic. Worm. 97. Aldrov. Mus. Metall. 915. De Laet. 62. Charlt. Foss. 34. Kentm. 49. Onyx & Camehnia, Boet. 241. Onychites, Schw. 386. Lapis Onyx dictus, five Unguis Humani candorem referens, Cup. Hort. Cath. Supp. ii. 50. The Onyx-stone.* Gemma est opaca, vel minùs lucida, humani unguis similitudine, colore, & splendore. Duobus ad minimum coloribus, albo & nigro, zonis distinctis constans, magis opaca est quam diaphana. Nigram ejus partem *Plinius* Morion Indicum, vel Pramnion vocat. An Morion, *Schw?* *Vires.* Mentis passionibus conducere, sensusque vivificare, creditur.

VII. De Lapide Nephritico.

A. **L**apis Nephriticus, *Offic. Charlt. Foss. 33. Schrod. 329. Worm. 95. Boet. 259. De Laet. 81. Lapis Indicus Nephriticus, Aldrov. Mus. Metall. 706. Lapis Nephriticus, Calc. Mus. 333. Mont. Exot. 14. The Nephritick-stone.* Est lapis admodum variegatus, ex colore viridi, aliisque permixtus, plerumque ex viridi albo, flavo, cæruleo, nigroque colore, semper tamen viriditatem refert. Adfertur ex America; nonnullis tamen Hispaniæ & Bohemiæ locis reperitur. *Vires.* Amuletum est adversus Nephritidis & Stomachi dolores.

VIII. De Iaspide.

A. **I**aspis, *Offic. Boet. 250. De Laet. 79. Calc. Mus. 253. Schw. 381. Aldrov. Mus. Metall. 884. Charlt. Foss. 32. Worm. 93. Kentm. 50. Mont. Exot. 14. The Jasper.* Gemma est opaca, colore viridi, interdum sanguineo. Reperiuntur in India, &c. *Vires.* Cum Carneolo viribus convenit. Vide *Schwenkfeldum* de Fossil. p. 381.

IX. De Heliotropio.

A. **H**eliotropium, *Offic. Heliotropius, Worm. 94. Aldrov. Mus. Metall. 895. Boet. 257. De Laet. 80. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 219. Lapis Porraccus guttatim, punctulatim, vel fibratim sanguineus, Heliotropium dictus, Cup. Hort. Cath. Supp. ii. 50. The Heliotrope, or Common*

Common Blood-Stone. Gemma est opaca, colore viridi, sanguineis punctis vel venis distincta. *Vires.* Venenis resistit; sanguinem undecunque fluentem sistit.

X. De Malachite.

A. **Malachites**, *Offic. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 218. Aldrov. Mus. Metall. 900. Worm. 95. Malachites vel Molochites, 263. De Laet. 87. The Malachite.* Ad Iaspidis, vel Prasii species referri potest. Opaca est, Malvæ instar viridis. Invenitur in Cipro, Misnia, & Comitatu Tirolensi. *Vires.* Pro extinguendo æstu febrili exhibetur *Witz. in Schred.*

XI. De Prasio.

A. **Prasius**, *Offic. Charlt. Foss. 33. Calc. Mus. 217. Kentm. 47. Boet. 203. Worm. 95. Aldrov. Mus. Metall. 897. Prasus, five Prasius, De Laet. 42. Lapis, Prasius dictus; aliis, Plafma, aut Nilium, aut Leda. Lapis Nephriticus viridis Mali Aurantii foliorum virore, Cup. Hort. Cath. Supp. ii. 51. The Green Stone.* Maxima ex parte viridis est, sed raro sine punctis atris, & aliquando albis distinctus. Mater Smaragdi à multis putatur, quod aliquando in eo reperiatur. *Vires.* Smaragdi vires habet, verum minores, *Boet.*

VI. De Lapidibus pretiosis diaphanis, seu de Gemmis.

Præfationis loco doctissimi Pauli Ammanni de Gemmarum nominibus, pretio, operationibus (cujus sententiæ & nos subscribimus) verba proponemus:

“ Magna varietas hic occurrit circa nomina Gemmarum, dum quasdam veteribus cognitæ, nunc planè vel ignoramus, vel aliis titulis indigitamus: Major (varietas) circa illarum est pretium, quod hæcenus ex instituto hominum planè dependet: Maxima tandem circa earum operationes conspicitur, quæ infinitis adulteriis, superstitionibus, & fabulis repletæ sunt. Primum & secundum ad nos, ut sic, non pertinet: Ideo potiùs de tertio erimus solliciti; & quoniam intus adsumuntur, non de-

bent esse adulteratæ; debent etiam determinatum & naturalem edere fructum. Verum adulteria gemmarum quis omnia novit, quæ Judæis, Luitanis, & aliis impostoribus in usu sunt? Duo adducam hic: 1. Quatenus Occidentales pro Orientalibus venduntur. Præsuppono enim, ex hypothesi recepta, gemmas Orientales cæteris præstare: Quod constat etiam ex lucis congenitæ in Orientalibus excellentiâ. Quis enim nescit, v. g. Adamantis Indici & nostratis differentiam? 2. Quatenus fluores pro gemmis substituant; uno verbo, Vitrum pro Adamante. *Worm. pag. 101.* Effectus gemmarum debet esse naturalis; qui etiam iisdem, juxta *Pet. Johan. Fabrum, Lib. iv. Panchym. S. IV. pag. 521.* Reverâ inest, quamvis corporeâ mole non parùm præpeditus. Quo ipso omnes excludo fabulas & superstitiones, quæ loco effectûs determinati, lapidibus pretiosis designaverunt Autores. Exempla habes in *Wierio de Cur. Malef. læsor. pag. 411, 412.* Quibus sequestratis, relinquentur pauci, de quibus nostra Praxis gloriari poterit. Exemplum sit Adamas, omnium gemmarum præstantissima: Quid est in illo (scil. Adamante) quo Praxis nostra gloriari possit? Parùm, vel nihil. Nam falsum & fabulosum est; quod 1. *Resistat incudi & malleo innoxia.* 2. *Sit gemma reconciliationis, simuletates matrimonii, ut sic, extinguendo.* 3. *Pukinari suppositus, index sit adulterii.* 4. *Intuitus hæreditarii Adamantis, statim temporibus factus, enixum prolis generis producat, &c.* Remove nunc alia fabularum siparia: Quid virium supererit in medicina? Dicis; Curat Dysenteriam. Qui verò curabit eam, dum in communi dicitur intestina exulcerare? Atque sit ita; quis statuet huic remedio pretium? Nam infra 3j. quantitatem vix operabitur; supra hoc pondus Adamas nobis est inestimabilis. Idem judica de *Amethysto*, qui resistere putatur ebrietati, si intus adsumatur: Nam ut *Periaptum* hoc impossibiliter præstabit. Jam verò constat, eum esse in numero pretiosorum lapidum, & si tantum 3ij. 6. Valensibus venirent, quis tam pretiosum remedium pro ebrietate præcavenda, exceptis Principibus, sibi posset comparare? Accedit, quod nunc ebrietatem magis accersere, quam averruncare, homines conentur. Fragmenta quinque Lapidum pretiosorum, scil. *Sopphiri, Granati, Smaragdi, Hyacinthi, Sardæ vel Carnæ-* li,

“li, quod attinet, fateor, illa esse in Officinis re-
 “ceptissima. Verum si usum vel facultatem
 “eorum examinabis, deprehendes, quod tantum
 “opinio lapides istos pretiosos praxi nostrae intule-
 “rit, ut Principibus & Magnatibus persuaderetur,
 “in illis siugulare confortans latitare; quod
 “tamen citius in vilissimo filice, vel alio Sim-
 “plicium reperietur, quam in istis. Ego dico,
 “quod sentio. Qui contrarium sustinet, illi pro-
 “batio incumbet: Nam sine ratione vel experi-
 “entia erubescat Practicus loqui. Jam ratio, cur
 “hi lapides pretiosi sint, vel debent esse con-
 “fortantes, deest: Experientia vacillat. Ergo
 “plus est in titulo, quam pyxide!”

Pro formatione Gemmarum vide Boyleum de
 Gemmis, & Transact. Philosoph. N^o 18. pag. 23,
 102.

I. De Rubino.

A. **R**ubinus, Offic. Worm. 103. Schrod. 329.
 Mont. Exot. 14. Schw. 390. De Laet.
 11. Calc. Mus. 235. Geoff. Prælect. 83. Charlt.
 Foss. 37. Rubinus verus, Boet. 144. Carbuncu-
 lus, Kentm. 50. Carbunculus, sive Rubinus, Al-
 drov. Mus. Metall. 957. **The Ruby.** Gem-
 ma est diaphano-rutilans, rubensque, ac limam
 respuens. Nobiliores in Insula Zeilan nascun-
 tur. Vires. Tradunt, gestatum & ebibitum ve-
 nenis resistere, ac in peste præservare, tristitiam
 arcere, libidinem coercere, malas cogitationes,
 & terrentia somnia avertere, animum exhilarare,
 corpus incolume conservare, &c. Schrod.
 In Medicina Officinis nostris præscribitur; ve-
 rum nescio quomodo in Catalogo Simplicium
 omittitur.

II. De Granato.

A. **G**ranatus, Offic. Worm. 104. Schw. 380.
 Charlt. Foss. 37. Boet. 152. Schrod.
 328. De Laet. 17. Mont. Exot. 14. **The**
Granate. Gemma est pellucida, ex flavedine
 rubens, ignis instar, Cinnabaris nativi vel facti-
 tii colorem fere referens. Vires. Exsiccat, cor-
 roborat; medetur cordis palpitationi, Melancho-
 liæ resistit, & veneno, exspuitionem sanguinis
 sistit; collo suspensus iisdem virtutibus vulgò ce-
 lebratur, Schrod.

III. De Hyacintho.

A. **H**Yacinthus, Offic. Charlt. Foss. 38. Kentm.
 50. Mont. Exot. 14. Schrod. 328. Al-
 drov. Mus. Metall. 962. Schw. 381. Worm.
 104. De Laet. 27. Boet. 159. Geoff. Prælect.
 79. **The Jacinth.** Gemma est pellucida, ex
 flavedine, aut croceo colore rubens, ignisque flam-
 mas imitans. Vires. Vim habet cor corroboran-
 di, & à peste tuendi; siugulare quoque est speci-
 ficum contra spasnum, & contracturas, Schrod.
 Adulteratur vitro Saturni, quod a vera Gemma,
 pondere & duritie facillè distinguitur.

IV. De Amethysto.

A. **A**methystus, Offic. Kentm. 48. Boet. 162.
 Charlt. Foss. 35. Worm. 99. De Laet.
 24. Aldrov. Mus. Metall. 966. Schw. 362.
 Calc. Mus. 189. Geoff. Prælect. 84. Mont.
 Exot. 14. **The Amethyst.** Gemma est viola-
 cei coloris, qui ex mixtione rubri & cœrulei co-
 loris emanat. Reperiuntur in India, Armenia,
 Arabia, &c. Vires. Putatur gestatus ebrietatem
 prohibere, idque vini colore, quo præditus est,
 indicari, quasi illum pro facultatis characterismo
 habeat, Boet.

V. De Sapphiro.

A. **S**apphirus, Offic. Aldrov. Mus. Metall. 971.
 Geoff. Prælect. 80. Kentm. 48. Mont.
 Exot. 14. Calc. Mus. 223. Boet. 183. Worm.
 104. Schrod. 320. Charlt. Foss. 38. De Laet.
 30. Sapphirus mas cœruleus, Schw. 391. La-
 pis Sapphirus, Matth. 1387. **The Sapphire.**
 Gemma est pellucida, colore cœruleo seu cyaneo
 constans, perquam translucido, cœlique sereni co-
 lorem referens splendore, & perspicuitate summa.
 Invenitur in Zeilan, &c. Vires. Frigida est & sic-
 ca, astringens, consolidans, alexipharmaca, cor-
 dialis, & ophthalmica, Schrod.

VI. De Beryllo.

A. **B**eryllus, Offic. Boet. 214. Calc. Mus. 221.
 Mont. Exot. 14. De Laet. 44. Aldrov.
 Mus. Metall. 952. Kentm. 47. Berillus, sive
 Beryllus, Charlt. Foss. 40. **The Beryl.** Gem-
 ma

ma est pellucida, quæ marinæ aquæ colorem refert, ex viridi cœrulea. In India variis in locis reperiuntur. *Vires.* Contra hostium pericula, vitia hepatis, suspiria, eructationes, ac morbos oris, faucei, & gulæ, valere creditur.

VII. De Smaragdo.

A. **S**maragdus, *Offic. Boet.* 195. *Calc. Mus.* 212. *Geoff. Prælect.* 80. *Schrod.* 331. *Kentm.* 47. *De Laet.* 35. *Aldrov. Mus. Metall.* 973. *Charlt. Foss.* 38. Smaragdus a nonnullis Prasinus, *Worm.* 105. *Mont. Exot.* 14. **The Smaragd or Emerald.** Gemma est quæ nihil viridius; pellucida & diaphana, tantique splendoris existit, ut oculos intuentium perstringat. Reperiuntur in India, &c. *Vires.* Omnem alvi sanguinisque fluxum, ac præcipue Dysenteriam, ebibitus sistit; venenatis itemque morfibus, Pestis, Febribus pestilentibus, resistere creditur, *Boet.*

VIII. De Topasio.

DUO ipsius sunt genera (viz) Chrysopasius & Chrysolithus; Chrysopasius veterum Chrysolithus hodie appellatur, & Chrysolithus veterum Topasius & Chrysopasius Neotericis Gemmariis nuncupatur.

A. 1. Chrysolithus, *Offic. Charlt. Foss.* 39. *Mont. Exot.* 14. Chrysolithus Modernorum, *Worm.* 106. Topazius Veterum quem recentiores perperam vocant Chrysolithon, *De Laet.* 46. Topasius Veterum, *Boet.* 207. Topazius, *Aldrov. Mus. Metall.* 976. Topasius, sive Chrysolithus, *Geoff. Prælect.* 82. **The Chrysolite.** Viridis est gemma ac diaphana, aureo fulgore splendens. Invenitur in India, &c. *Vires.* Sanguinis eruptiones sistit, bilem, iramque, & phrenitidem mitigat, *Boet.*

A. 2. Topasius, & Chrysopasius, *Offic. Topasius, Charlt. Foss.* 39. Topazius Neotericorum; Veterum Chrysolithus, *Worm.* 106. Topazius, *Schw.* 406. *Kentm.* 47. Chrysolithus Veterum, *Boet.* 210. *De Laet.* 49. *Mont. Exot.* 14. Chrysolithos, *Schrod.* 327. Chrysolithos, sive Topasius, *Geoff. Prælect.* 82. Chrysolithus, *Vet. The Topaz.* Gemma est diaphana & pellucida, au-

rei coloris. *Vires.* Natura solaris ex signatura judicatur. Proinde creditur timores nocturnos, & melancholiam minuere, intellectum confortare, molestisque insomniis adversari, &c. *Schrod.*

IX. De Opalo.

A. **O**palus, *Offic. Boet.* 190. *Calc. Mus.* 207. *Geoff. Prælect.* 83. *Kentm.* 47. *De Laet.* 52. *Aldrov. Mus. Metall.* 978. Opalus, olim Pederos, *Worm.* 107. Opalus, seu Opalis, *Charlt. Foss.* 40. **The Opal.** Gemma est omnium pulcherrima; nam in se apparent reflectione varii colores, ut in Iride. In India reperiuntur. *Vires.* Arbitrantur Autores hanc omnium aliarum gemmarum vires habere.

X. De Asteria Gemma.

A. **A**steria Gemma, *Offic. Asteria, aut Solis Gemma, Boet.* 226. **The Bastard Opal, or Star-Gemm.** Perspicua est hæc Gemma, Crystalloque similis, durior tamen. Opali Species esse censetur; at in Officinis nostris neutrum invenitur. *Vires.* Gestata somnum conciliare, & somnia terrifica abigere creditur, *Boet.*

XI. De Adamante.

A. **D**amas, *Offic. Worm.* 102. *Calc. Mus.* 202. *Kentm.* 47. *Schw.* 358. *Aldrov. Mus. Metal.* 945. *Charlt. Foss.* 36. *Boet.* 115. *De Laet.* 1. *Geoff. Prælect.* 83. **The Diamond.** Gemma est durissima, & pretiosissima, sine colore, aquæ instar diaphana. Ex India Orientali transportatur. *Vires.* Pro viribus consule Præfationem nostram de Gemmis.

Hactenus Mineralogia, seu de Fossilibus in re medica vulgariter usitatis; quorum omnium innumeras species, seu varietates (quoad mineras suas **Dies** dictas) colore, figurâ, mixturâ, aliisque accidentibus differentes, enumerare hujus loci non est, ne tædio lectori sint, & opus hoc brevitati studens, nimis intumescere faciant. Qui hos Naturæ lusus observare gaudet, vel criticè distinguere in animo habet, adeat insignem Catalogum

Johannis Kentmanni, à Gesnero, inter Autores de re fossili editum; item Olaii Wormii locupletissimum Museum, Anselmum Boetium de Boot, & Johannem De Laet de Lapidibus, Gemmis, &c. Agricola de Fossilibus, Fallopius, & Cæsius de Mineralibus, Borrichius de Metallicis, Aldrovandi Museum Metallicum, Becheri Physicam Subterraneam, Sagacissimum Cæsalpinus de Metallicis, Musea varia edita, Schwencfeldum de Fossilibus, &c. Hæc extra Officinas sunt, & ad institutum nostrum hæc pertinent: Sic etiam apparatus, & modus separandi varia Fossilia à mineris suis, eaque purgandi, & præparandi in usum Officinarum, nihil ad nos; nudam enim & simplicem Materiam

Medicæ faciem, ut in nostris Officinis apparet, hæc describere, & usus exhibere, solum in animo habeo: qui prævias operationes accuratè scire desiderat, perolvat magna Volumina Agricola, Erckeri, Alonfi Barba, &c. Nec variae & multiplices præparationes, & compositiones Medicamentorum ex Mineralibus, Vegetabilibus, & Animalibus in hoc opere descriptis, nostri penfi sunt; Pharmacopœiam enim non damus. Cùm Zwelferiana, five Augustana, Schroderiana, Londinensis, Batanea, &c. omnium manibus teruntur; horum materiam, seu partes simplices denudare, explicare, & describere, totus sudo, & unicè incumbo; ubique brevis esse laboro, perspicuus tamen & nervosus, quantum in me est.

